


Lampsheim




(Hain * 9847)

Libellus perutilis de fraternitate sanctissima et Rosario beate marie virginis fratris Johānis de Lamßheym Canonici regularis in Kirßgarten prope Wormaciam.

Epistola iohannis de veteri aqua carmelite Mechliniens ad Johannem Lamsbemium canonicū regularē in kirsgarten.

Johannes de aqua veteri carmelita mechliniens Johāni lamsbemio canonico regulari pcuratori monasterij sancte marie kirsgarten ppe vuormaciam amico charissimo salutē. Cum nuper de licentia superio meo dñm iohannem tritemiū abbatem spanhemensem ordinis diui patris benedicti visitarem (amantissime frater) inter multa volumina quibus bibliotheca eius plena est vnū repperi tuo nomini ascriptū: in quo de fraternitate rosarij beate marie semp virginis pulchre disputasti. cui9 titulo noster sacer ordo in sancta dei ecclesia decoratur. Unde gauisus cū partē illius debita cū attencōne plustrassem. protinus cepi mente reuoluere. quatenus in laudem beatissime dei genitricis. et tocius populi christiani salutē et deuocōnis augmentationē. hoc opus facilius duceretur in lucē. Hec autē me cogitante quia his in locis impressores diuerso libro abundant. pulsaui pcibus colendissimū dñm antedictū. vt in honorē virginis immaculate. cuius precib3 adiuuatur populus christianus. impressioni commendaret. Venerandus autē pater et dñs. attendens petitiunculā meā esse rationi consonā. et attentissima affectione prolatā. libenter annuit. vt tāto opere multiplicato. deuotio christifideliū ad supbenedictā virginē mariā eo cōmunius et facilius accenderet. Et merito vniuersitas christicolarū totis viribus in amorē tāte virginis debet euigilare. cū sit mater misericordie. mater pietatis et tocius clementie. mater misero. pupillo. et viduarū cōsolatrix tutissima. Ut ergo aduocata nr̄a pijssima. in omni tribulacōne nr̄a et angustia illos suos misericordie oculos ad nos assidue cōuertat. crebris ipam salutacōnibus cūcti fideles debent accedere. et boc tā salu



bre rosariū quia eius presidio omni momēto indigem⁹. diebus singulis cordialiter p̄sentare. Est em̄ thesauraria summi regis v̄go maria. et nō nisi p manus ipi⁹. nobis aduenire aliquid gratie voluit deus. Adeamus igitur ad eā fiducialiter. veniā z gratiā postulantes tpe oportuno. Et licet generaliter om̄es virgo gloriosa inuocantes exaudit. omnibus adest. omnibus subuenit. om̄es in necessitatib3 et angustijs eā sentiant adiutricem. specialiter tamen illos sua quotidiana et assidua defendit oratio / quorum frequens illi famulatur deuotio. et quicūq3 memores sunt illius in terris / memor est illorum apud pijssimū filium suū in celis. Gaudere ergo debes singulariter tu frater dilectissime. q̄ tuis adhortacōnibus et alios ad ipius virginis amorem accendis. et in firma spe stabiliter p̄seuerare. donec de medio fias. Non em̄ in virgine dei genitrice maria frustra sunt posite spes precesq3. que cū recte sint. inefficaces esse non possunt. Ad rectas igitur spes animū subleuemus. humilesq3 p̄ces virgini porrigam⁹. vt ipius intercessio sit pro nobis ad eius benedictū filiū dn̄m nr̄m iesum christū Uale semp vir optime. et alia tua scripta in lucē p̄ducere stude. vt in om̄ibus tuis factis laudetur deus Amen. Datū Anno salutis nostre. M.cccc.xcv. tercio Junij.

Prologus in librū de fraternitate sanctissima et rosario beate marie virginis fratris iohannis de lamsheym canonici regularis in kirsgarten prope vuormaciam.

Periculosa tempora p̄sentia in quibus omnia vicia regnāt mecū volutās: simulq3 misericordiā et clementiā glose v̄ginis marie matris dei et dn̄i nostri iesu christi. de rosario sacratissime virginis paruū fabricare tractatum institui. Quā id recte iusteq3 fecerim: pij iudicent et deuoti. Nam vti om̄is bona institutio ab inicio mūdi. et maxime a christi ortu semp

degenerare successu temporis inuenta est: sic simili forma nouus semp feruor. nouaq3 deuotio a deuotis excogitati sunt. Hinc est q mundo ad occasũ vergente frigescenteq3 charitate: deuoti viri olim doctiq3. rosarium beate marie semp virginis et instituerũt et pdicauerũt. Hoc sane cõsiderantes q2 potentissima est dei clemens genitrix: et misericordissima omĩbus se inuocãtibus. Nam et plenitudinẽ totius boni deus cõstituit in ipa: ut p ipam quicqd boni est cũcti recipiãt. et ab ea sibi sciant prouenisse. Hec autẽ fraternitas rosarij ante aliquot annos p deuotissimos viros in varijs orbis ptibus instituta et pdicata paulatim cepit minui: et tandẽ refriguit penitus. Unde quidã diuino spiritu incitati pmotiq3 periculis. hanc laudabilẽ fraternitatẽ ad honorẽ matris dei in agrippina ciuitate renouarũt: de quibus suis in locis dicetur. Eo sane intuitu: merito mater dei pre cũctis honoratur sanctis et colitur: q2 ipa tota spes nr̃a. refugiũ nostrũ. consolatio nr̃a: nec vnq3 suos supplices dereliquit. Nã redempturus deus humanũ genus: vniuersum preciũ (ut ait bernardus) cõstituit in maria. Quare congruũ est decensq3: ut ei quoad valemus deuotis cordibus et syncero seruiam⁹ affectu: a qua nobis omne bonũ fluit. immo profluit vberrime. Huius rei gratia p mea virili. fraternitatẽ rosarij siue psalterij siue serti declarabo: ostendamq3 summatim. ex doctis viris notabiliora carpens: q3 sancta hec sit. q3 salubris: q3 vtilis fraternitas. Itaq3 admoneo pium lectorẽ ut phaleras verbo2 nõ requirat: sed sensum simplici digestũ stilo. materiãq3 ppendat. Precor autẽ omnes fideles hortorq3 ut fraternitatis eius sint amatores: et simul om̃es quos valent attrahant. Non pfecto est scribere. non est dicere. non est credere: experiri est tantũ quanta sit dulcedo. quãta suauitas. quãta deuotio in rosario virginis. Quod qui scire volet (velle autẽ oẽs debebũt) fraternitatẽ intret: psalteria. rosaria. sertaq3 oret. Hoc si fecerit: que dicimus experientia sciet. Nam frequentatio rosarij marie virgi

Ne charitas refrigescat

nis ignes extinguit libidinis: domat iram. inuidiã sedat. restinguit auariciã. accidiã tollit. humiliat superbiã. charitatẽ confert. et humilitatẽ. Hoc si quis nõ credit: oret et experietur. ¶ Hic autẽ libellus in quattuor diuiditur. Primo quidẽ ponitur hui⁹ fraternitatis determinatio. Deinde vero tangit̃ ei⁹ declaratio in capitulis quibusdã. Tercio annectitur cõfirmatio in bullarũ copijs. Postremo eius fraternitatis multa miracula ponũtur ⁊ exempla. De his cũ dixero ꝑ ordinẽ: finẽ hui⁹ faciã tractatuli. Et ne error quisq̃ inuoluat: capl'a ꝑ ordinẽ anteponã.

Tabula capl'oꝝ libri sequẽtis.

Informatio ac determinatio

pulchra et putilis de fraternitate rosarij beate et gloriose virginis marie.

Uamuis multe sint cõfraternites institute ad dei honorẽ: sanctorũq3 veneratiõnẽ. necnõ pro christifideliũ salute: est tamen hec maior oim et p̃clarior. Nam in cõfratribus. titulo. modo bonis opibus. et oracõnib3. hec fraternitas cũctas alias ut notũ est antecedit. Jam ut dictũ pauloante in ꝓlogo ordinẽ ꝓsequamur. de informacõne et declaratione rosarij gloriosissime virginis marie que prima hui⁹ libelli ps ponitur: disserendũ erit. Quare te inuoco summe deus. cuius natura bonitas est: ut mihi famulo tuo concedas ad laudẽ tuã: filijq3 iesu christi. et benedicte matris eius marie digna scribere deuotaq3: et corda frigidoꝝ inflammantia. Et tu o dulcissime iesu solita assis pietate et benignitate scribenti aliq̃d in laudes tuas: gloseq3 et amabilis matris tue virginis marie. Te quoq3 o mater misericordie. o mater gratie. o spes miseroꝝ oro. deprecor. obsecro: ut tui famuli calamũ dirigas. quatenus ad laudẽ tuã que in multis libris dispersa sũt vtiliter queat in vnũ cõgregare: ad ꝓfectũ omniũ legentiũ p̃sentiũ et futuroꝝ. Spero eñ q̃ ex hoc libello tua laus: et multorũ hoim deuotio salusq3 adaugebitur: et simpliciũ corda p hec simplicia scripta. ad te trahentur. ¶ Hec autẽ informatio triptica est. Primo quidẽ huius fraternitatis et institutio ponitur et nomen: deinde autẽ excellentia huius fraternitatis declaratur et vtilitas. postremo vero indulgentiarum et gratiarũ exprimitur concessio. ¶ Primũ igitur primo que sit huius fraternitatis institutio: post q̃s ingrediendi modus. tercio de nomine disputabitur.

¶ Pro institucõne fraternitatis sciendũ. q̃ anno dñi. M. cccc. lxxv. qñ karolus dux burgũdie nũssiã opidũ colon. Institucio fr̃e

diocesis obsidebat: videntes ciues et incole colonieñ. periculum sibi et suis imminere. deum et sanctos patronos suos ꝓ auxilio sedulo implorabant. Inter hos autē prior fratrū ordinis p̄dicatoꝝ. p̄dicte ciuitatis sacre theologie ꝓfessor. fraternitatē beate marie ꝟginis de rosario diu abolitam: cū cōsensu et cōsilio magistroꝝ et fratrū sui cōuentus et cōhibentia tocius populi instituit: atq; in die natiuitatis marie virginis incepit ac renouauit: ut ipa virgo ciuitatē colonieñ. ꝓtegere ac ꝓ ecclesia dei intercedere dignaretur. Quā proinde nō longe post approbari p sedē apostolicā. dotariq; indulgentijs ꝓcurauit. quāuis approbatione nō eguerit: q2 ab antiquo pluribus fuit cōfirmata gratijs et indulgentijs. licet ad tēpus fuerat obliuioni tradita abolitaq;. Ceteri estiment que voluerint: ego confractū debilitatūq; burgundie ducem. p has rosarij p̄ces cōfidenter affirmauerim: quippe qui tantas antea confregerat et ciuitates et prouincias. ¶ Jam vero de institutione dicta nemo dubitare potest. quin a spū sancto fuerit: que tam vtilis inuenitur. consistens in sola quarundā dūtaxat orationū liberali cōmunicatione. ¶ Ingressus autē in ipam purus esse debet et sanctus. ut scilicet nihil exigatur: nihilq; nisi sponte volens detur. ne (qđ absit) questuaria iudicetur. ¶ Itaq; volens huius fraternitatis cōfratrū numero sociari: debet omi hebdomada tria rosaria. que faciūt centū quīquaginta Aue maria. et quindecim Pater noster. intermiscendo semp post decem Aue maria vnū pater noster. p se vel p aliū legere et dicere. ¶ Nec oportet q̄ flexis genibus vel in ecclesia aut simul aut certa die et hora dicantur: sed sufficit hoc totū simul vel per partes dicere ante finē hebdomade. ¶ Porro si quis neglīgit in aliqua hebdomada dicere ipa tria rosaria: non tenetur repetere in alia hebdomada. nec de illa obmissione cōscientiā facere siue cōfessionē: q2 nulla est hic obligatio culpe. sed tantūmō illi⁹ pene q̄ nō legēs. priuat̄ ꝑticipacōe alioꝝ rosarioꝝ. q̄ in ipa hebdomada dicūt̄ a cōfrib3 alijs

Modus ingrediendi fraternitatē

Quid orandū a cōfratribus

Que si parua pena est: credat qui velit. mihi psuadere nõ poterit: ppterea q tam multi deuotissimi viri et femine in illa fraternitate existát. ¶ Debet proinde legens actu vel habitu suã intentionẽ ad omnes q̃ sunt in hac fraternitate et q̃ silia faciũt: referre. Nam tanto oratio melior et efficatior: quãto cõmunior. Preterea hec fraternitas omnes recipit. excludit neminẽ. Religiosos. seculares. iuuenes et senes. paupes et diuites. iustos et peccatores hec fraternitas suscipit. Et ut magis mirere. mortuos quoq;: modo sit aliq̃s qui p eis faciat que dicta sunt. Nec tamen oportet p illis mortuis legere pdicta. qui dũ viuerent in fraternitate fuerũt. Neq; eñi eo q mortui sunt carne: in fraternitate esse desierũt. Nec requirit inscriptio de necessitate. vel signoꝝ que pater noster dicũtur. delatio: licet sint de cõgruentia et bene esse. et cõsolatione: vt scilicet de numerositate fratrũ sit gaudiũ: qui pro se in vices indesinenter orant. Ideoq; consulendũ ut se inscribi faciant. signa sua portent. rosaria sua deuote psoluant. ¶ Preter ista tria rosaria si q̃s confrater vel soror illius deuotissimi cantici Salue regina. qđ cũ solenni pcessione singulis sabbatis. dñicis. pfestis. et festis ante altare virginis gl'ose colonie cantat participationẽ habere voluerit: debet se illuc psentare. vel septem Aue maria vbicũq; locoꝝ fuerit pro se et cõfratribus dicere. absq; tamen obligacõne cuiuscũq; culpe: sed conformis pene: que tacta est in rosario.

¶ Item q2 sanctissima anna nobis hãc piissimã virginẽ mariã dico. ptulit: que iesum item benedictũ ptulit: decens erit pro aliquali gratitudine in honore hoꝝ trium. matris anne. filie marie. christi dñi nostri. singulis tercijs ferijs tria dicere pater noster. et totidẽ aue maria fratres et sorores hui9 benedicte fraternitatis: eaq; cõmunicare sibi inuicẽ sub pena cõsimili. Nam et fundator fraternitatis huius istud et optauit et expetiuit. Unde etiam dictis claret q hec fraternitas triplex est (triplex eñi funiculus difficile rũpit) Fraternitas rosarij. Salue regia. et scẽ ãne.

Mortui pñt reddi participes Ros.

Fr̃nitas Cantici Salue regina

Fr̃nitas S. anne

Fraternitas de Serto

¶ Ueniam autē nūc ad nois declarationē. Nam hec fra
ternitas aut de serto dicit̄. aut de rosario. aut de psalterio.
¶ Dicitur autē in primis more gallo℞ fraternitas de ser
to ea racōne. q2 sicut p̄ quinq̄ginta rosas sertū materiale
fieri potest: sic p̄ quinquaginta aue maria offertur beate
virgini sertū p̄gratissimū. De quo tale fertur exemplum.

Exemplū.

Quidā deuotus secularis om̄i die solebat sertū materia
le de rosis vel floribus vel aliis conficere: et beate marie
capiti imponere. O pietas hoīs. Accidit autē ut monaste
riū. se relinquens intraret. Cū vero sertū colligere vellet:
quia suus non erat. p̄hibitus est. Cuius rei gratia tenta
tus volebat reuerti ad seculū. Accepto itaq3 consilio a pa
tre deuoto: ut omni die loco illius serti legeret quinqua
ginta Aue maria. et quinq3 Pater noster. hoc foret gra
tissimū beate marie: paruit et fecit sic. Quodā igitur die
cū siluā p̄transiret: sertū suū exsoluere cepit. Uiderūt autē
qui eū insequebant̄ latrones. virginē pulcherrimā secum
gradientē. et ad quodlibet aue maria rosam floridam ex
eius ore carpentē. at sertū roseū facientē: et post finē capi
ti suo imponentē. celosq3 ascendentē. Ex qua visione stupe
facti et cōuersi latrones. fratri que viderāt retulerūt. Qui
in bono ex relatione tali confortatus: feruentior effectus
est et deuotior. ¶ Deinde fraternitas de rosario dici so

Fraternitas de Rosario

let. Nec immerito. Comparatur em̄ beata virgo maria
rose: sic dicente scriptura. Ego quasi plantatio rose in ie

Jericho

richo. i. in ecclesia militante. Jericho siquidē interp̄tatur
luna. in qua designatur militans ecclesia: que q̄zdiu est in
hac vita. multos habet defectus. Et ideo ip̄a virgo ma
ria velut rosa inter deū et nos. mediatrix pia plantata di
citur. Unde et merito fraternitas de rosario potest dici et

Exemplū

p̄dicari. Est etem̄ exemplū de quodā abbate p̄ siluā am
bulante: et rosariū orante. Quē quidā latro insequens vi
dit columbā albā ad os eius venire: et inde rosam ex eo
carpere. et ad celū vsq3 deferre. Hoc sane totiens ille vidit
quotiens salutationē angelicā ille replicauit. Unde palā

liquet omnibus q̄ congrue fraternitas rosarij dicitur.

Fr̄nitas de psalterio mariano.

¶ Tercio pinde appellatur fraternitas hec de psalterio mariano: hoc est marie virginis. Et hoc quidē ad instar psalterij dauitici. qd centū quiquaginta habet psalmos. sic istud psalteriū beate marie ꝟginis centū quiquaginta habet Aue maria. Deniqꝫ ipa ꝟgo maria teste augustino est psalteriū. cui⁹ sono mitigat ira iudicis. aufertur potestas inimici. et cōfertur gaudiū exultacōnis. Psalteriū marianū centū quiquaginta cōtinet Aue maria vt dictū est. Unde scribit magister Alanus sacre theologie pfessor quibusdā fuisse reuelatū. q̄ beata ꝟgo tot habuit gaudia in hoc seculo cū filio suo: deinde totidē dolores in passione eiusdem: et iam tot habet in celo gaudia sup omnes sanctos scilicet centū quiquaginta.

De Excellētia huius fr̄nitatis.

¶ Nunc vero de excellentia huius fraternitatis q̄ breuissime poterimus dicemus. Excedit em̄ ista fraternitas alias oēs in titulo. in cōfratribus. in bonis operibus et orōnibus. et modo.

Excellit titulo
Utilitatis

¶ Q̄ omnes fraternitates hec excedat in titulo: probat vtilitas. dignitas. et generalitas. Utilitas ex hoc pensatur maxima: q̄ hec fraternitas in honore eius est instituta: que mater dei est et thesauraria celi. Nihil em̄ nos habere deus voluit: quod p manus marie non transiret. Unde oratio ꝟginis marie innitit iusticie: q̄ nō est pbas filiū matri aliquid denegare. Aliorꝝ autē sanctorꝝ orationes: soli innituntur misericordie et liberalitati diuine.

Dignitatis

¶ Dignitas ex eo comprobat. q̄ in honore eius est cōstituta fraternitas: que sup oēs choros angelorꝝ est exaltata. et que oīi laude dignissima pdicat. Adeo vt si oīm nostrū mēbra verterent in linguas: adhuc eā nemo laudare sufficeret.

Generalitatis

¶ Habet demū generalitatem sup alias fraternitates: q̄ ceteri sancti sūt aduocati et pres specialiū cōgregationū: sed beata virgo mater est et aduocata omniū hominū. iustorū et peccatorꝝ et omniū generum: immo omnibus oīa facta est. Omnibus deniqꝫ sinum misericordie aperit: ut de plenitudine eius recipiāt: eger

Bern^dus

sanitatē.tristis consolationē.peccator veniā.iustus gratiā.
angelus leticiā.filius dei humanā substantiā.et tota trini
tas gloriā: ita ut non sit qui se abscondat a calore eius.

¶ Ostenso qualiter hec fraternitas alias excedit in titu
lo: ostendendū restat quomō simul pcellat in cōfratribz.
Et hoc quidē tripliciter. Nā excedit aut in differenti suo
statu. aut in quātitate numeri. aut in qualitate psonarū.

¶ In differenti quidē statu: qz neminē ut tactū est exclu
dit. ¶ In quātitate numeri vero: qz quarto institucōnis
sue anno habuit quingenta milia inscriptorum. Et anno
septimo habuit supra decies centena milia. Quinet con
tinue numerus confratrum supra modum augetur.

¶ Tercio in qualitate psonarū. Nam inter hos cōfra
tres multi sunt pueri.innocētes.religiosi.et religiose.itē vi
ri doctissimi sacre theologie.licenciati.et doctores diuer
sarū facultatū: ex quibz multi magni sunt apud deū me
riti. Simul impossibile est multoꝝ pces non exaudiri.

¶ Precellit autē tercio hec fraternitas in bonis operibz
et oracōnibus.et hoc ꝓpter dñice oracōnis et angelice sa
lutationis multiplicationē et dignitatē. Dominica quidē
oratio alias excedit. Primo quia a doctore oīm doctoꝝ
deo instituta est. Scdo vero in sufficientia petitionū.qm
in ea oīa vite psentis et future necessaria petuntur.tam
corpalia q̄z spiritualia. Tercio in fecunditate misterioꝝ:
quia immensa cōtinet sacramenta. ¶ Angelica autē sa
lutatio si sancto bernardo credimus a sancta trinitate est
dictata.digito dei scripta.et vni de fortissimis celi palacij
ad deferendū virgini est delegata. Ipa pinde oratio glo
riose virgini multū placet: ut mellifluus ait bernardus.
Est tibi inqt o virgo maria quasi osculū hūc audire ver
siculū. Aue gratia plena. Totiens eñi oscularis: quotiēs
salutaris. Preterea hec oratio multū displicet diabolo:
nam ad eam demones fugiunt.tremitqz infernus.

¶ Quarto hec fraternitas excedit alias ex parte modi.
Primo ꝓpter antiquitatē: quia venerabilis Beda hanc

[Marginalia, handwritten: "2o Excellit i cōfratribus"; "3o Excellit in bonis operibus et oracōnibus"; "dnica orō"; "Angelica salutaō"; "4to Excellit i modo"]

deuotionē in anglia instituit. et sanctus dominicus ipa₃ multis regnis p̄dicauit. Et alij sancti patres: quisq₃ suo modo. Scd̄o p̄cellit qm̄ habet securitatē: q₂ ad nullam culpā obligat. Credendū sane est et postposita om̄i vacil-lation firmiter tenendū. q₂ nulla possit deuotior et saluti hoim̄ cōgruentior vnq₃ institui fraternitas: q̄ simul neq₃ a doctis indoctisq₃ argui possit. In qua sane ipsam dei emeritissimā (ut ita dicā) matrē mariam virginē: illo sibi acceptissimo crebrius salutamus elogio. immo ipius etiā filiū. et sanctissimā pariter collaudamus trinitatem.

¶ Explicatis modo duabus partibus p̄sentis informa-tionis seu sermonis: iam in hac tercia p̄te de indulgētijs fraternitati cōcessis parūper dicendū erit. Ipm̄ siquidem psalteriū de quo diximꝰ. antiquitus fuit institutū: indul-gentijsq₃ multis cōfirmatum et dotatū. Uerū frigescenti-bus hoibus a laude dei: fuit ad tempus a mētib₃ hoim̄ obliuione desidiosa sepultū. Qd̄ in necessitatis periculo clementissimus pater et miseratiōnū deus cuidā deuoto doctori renouandū mandauit. ¶ Ad instantiā siquidē serenissimi romanoꝝ imperatoris frederici tercij tūc t̄pis (quo supra) in colonia presentis atq₃ dicti prioris: dn̄s alexander forliuiensꝭ ep̄s p̄ alemaniā legatus. tūc t̄pis co-lonie p̄sens. qui et se in ip̄am inscribi petijt. ip̄am fraterni-tatē approbauit. et indulgētijs dotauit. videlicet in quinq₃ festis beate marie virginis. scilicet annūciationis. visita-tionis. assumpcōnis. natiuitatis et purificacōnis. omnib₃ de dicta fraternitate existentibus. centū dies indulgentia-rū: atq₃ quotiens p̄ se vel p̄ aliū legerint. xl. dies indulgen-tiarū dedit. Et habetur bulla in p̄dicto cōuentu. et de se-quentibus. ¶ Demū papa sixtus quartus eandē appro-bauit et indulgentias speciales sc₃ in singulis festis beate marie virginis annūciationis. assumpcōnis et natiuita-tis. septem annoꝝ et totidē q̄dragenaꝝ indulgeñ. cōcessit. ¶ Idem etiā papa sixtus ad p̄ces illustrissimi ducis frā-cisci de britānia et ip̄ius vxoris margarete istū modum

De Indulgentiis fr̄nit[ati] concess

Alex[ander] ep̄s forliuien

Sixtus papa IIII

orandi rosaria approbauit: et omnibus christifidelibus per orbem diffusis tria rosaria qđ psalteriū dicitur. in die dicentibus.xv.annos et totidē quadragenas indulgentiarū cōcessit. Huius bulla data est Anno dñi. M.cccc.lxxix.

¶ Postremo notandū q in pdicto cōuentu coloniensi.et in certis alijs post quodlibet quattuor festorū beate virginis scilicet purificacōnis.annunciationis.assumpcōnis et natiuitatis.oim et singulorū hui⁹ fraternitatis defunctorū fratrū.anniuersaria cū missis et vigilijs et cōmendacōnibȝ seruātur ppetuis tpibus duratura. Et dies mille nongēti indulgeñ.a decēnouē cardinalibus pro qualibet vice sunt cōcesse. Pro veritate sane pdictorū.et de duobus mortuis suscitatis eodē anno.publica habent instrumenta in colonia. ¶ Predictis cōsideratis patet ex pte instituentis.q maius bonū cōtulit ecclesie catholice q̄ si infinitū thesaurū cōtulisset. ¶ Ex pte vero intrantis ob honorē virginis cōfidenter dicere licet.q qui ad deseruiendū beate virgini in hac fraternitate se obtulerit.finaliter nō peribit. immo scdm Anselmū.impossibile est eū perire. Ait enim. Sicut a te auersus necesse est ut pereat: sic ad te cōuersus impossibile est ut intereat. ¶ Hoc proinde silendū non arbitror qđ vrbanus papa quartus quibuscūqȝ noīa iesus christus in fine salutacōnis angelice addentibus.p qualibet vice.xxx. dies indulgentiarū cōcessit. Quibus iohannes.xxij.dies .xxx. addidit.ut patet in bulla que habet in ecclesia auinnionensi. Dicentes ergo in hebdomada tria rosaria.hoc est psalteriū beate marie virginis: cōsequūtur a duobus pontificibus pfatis indulgeñ.xxiiij.annos.cc.dies et.iiij.

¶ Alanus quoqȝ sacre theologie doctor in suo libro quē de psalterio beate marie scripsisse fertur.dicit: q conciliū auinionense dedit quīquaginta dies ad gloriosa nomina iesus christus. Unde liquido sequit q de quolibet consequūtur dicentes quīqȝ milia et quingentos dies indulgeñ a duobus pontificibȝ pdictis et concilio: exceptis indulgentijs in bullis cōcessis. ¶ Ipse proinde alanus ponit

maximas indulgentias antiquitus concessas dicentibus
psalterium beate virginis: quarū numerū hic ponere pter-
misi. In eodem quoqȝ libro alani: multa pulchra et stu-
penda ponūtur exempla et miracula de hac fraternitate.
¶ Operepreciū est et illud adiūgere q̄ innocentius papa octauus anno ab incarnatione christi. M.cccc.lxxxviij. — Innoc. papa viij.
omnibus qui sunt et in futurū erūt de fraternitate rosarij.
et dicūt p quālibet hebdomadā vnū marie virginis psal-
teriū. qd tria facit rosaria. oīm dedit peccatorꝝ remissionē
semel in vita et semel in mortis articulo. ¶ Ordo quoqȝ
fratrum pdicatorꝝ apud venetos ut reor generale faciens
conciliū. omnes hoīes qui sunt et erūt in hac fraternita-
te recepit ad gratiā et beneficia ordinis: que est in vita et
in morte gaudere pticipatione missarū. vigiliarū. abstinē-
tiarū. pdicationū. et quotquot taliū totius ordinis. Hāc
profecto gratiam: ego quidem magnipendo plurimū.

Capitulum generale predicatorum concessit participationem omnium bonorum operum ordinis

¶ Multi siquidē ex hac vita decedūt hoīes. pro quibus
ppauca aut prorsus nulla a suis ppinquis post mortē fiūt
suffragia proh dolor. Tales vero hanc dum intrant fra-
ternitatē multarū se pticipes efficiūt gratiarū: vti in pfa-
tis dictis clare colligi potest. O miseros hoīes. o cecos
o insanos: q̄ tantā gratiā spernūt. Pro nephas. Gratia
gratis offertur: et despicitur. O eterne deus o sator celi et
terre verte dura impiorum corda: ut amare hāc gratiam
velint. ¶ Utilitas postremo et dignitas huius fraterni-
tatis patet ex frequenti et continua orationū multiplica-
tione. Nam quinqȝ milia hominū legentiū in hebdomada
vnū virginis psalterium septingenta milia septem vicibus
centū milia dicūt salutationū. Et cū post decem Aue ma-
ria vnū pater noster et vnū aue maria supaddūt: tūc pa-
tet q̄ preter pdictas salutationes apponunt nonaginta
milia Pater noster et totidem Aue maria. Quod si ita
est (immo quia ita est) de quinqȝ milibus hominum:
quid dicendū est de quingentis milibus aut centum mi-
libus aut decies centenis milibus?

Utilitas istius fraternitatis ex multiplicatione orationum

Epilogus

Taceo q multi omni die legunt rosariu: alij qd plus est psalteriu. Patet ergo ex pdictis qz fructuosum sit hoies ad hanc fraternitate pmouere. Emergat vnus aduersariorum: dicatqz. Quid mihi pderit fraternitas? Si multu oro. multu habeo: si nil oro. nil habeo. nilqz participo. Audi quisqs hmoi es: audi aure charitatis. Si in fraternitate es. et nihil agis omnino dignu fraternitate: et nihil omnino oras. neqz virgine ea de causa pluries salutas. audeo dicere q tua te psumptio qua inscribi voluisti no iuuabit. sed onerabit. Si aute oras que decent et que potes: incoparabiliter plus mereris p omibz orag. et tua pcem in comune repones. qz si pro te solo pcarere. Tam grande et ta magnu bonu opatur charitas comunicans et in comuni singula ponens. Adde q vnus sepe no dignus est ut a deo exaudiatur. p quo si alius roget exaudietur. p sua reuerentia. et p ta grandi charitate q p alijs orare instituerit. Ex istis patet qz vtile et fructuosum sit esse in fraternitate rosarij beate marie. Et hec de prima parte dicta sint.

Orois coitatio valde fructuosa

Sequuntur alique declarationes circa ipsam fraternitatem rosarij siue psalterij.

Prima qd est rosariu et quomo debet legi. Ca. j.

Expedita prima parte huius tractatus rosarij: iam nunc p latiori declaratione aliqua capitula pona. et in singulis aliquid put facultas suppetit dilucidabo. Occurrit aute primo dicendu: qd rosariu sit et quomo legi debeat. ¶ Rosariu plane virginis dulcissime quinquaginta cotinet Auemaria. cu quinqz Pater noster: quibus pmittitur vnu credo. qd est fundamentu christiane religionis. ¶ Uolens itaqz dicere rosariu. incipiat a credo. post dicat vnu Pater nr et dece Aue maria. et iteru vnu Pater noster et dece Aue maria. hoc quinquies seruato vnu efficit rosariu. Credo naqz repsentat circulu et circuferentia

Rosariu qd sit.

Quid repsentet Credo? etme dium?

quo flores colligũtur: vulgariter eyn reiflyn. Ipm autem
credo dicendũ est ad honorẽ sanctissime trinitatis: et duo-
decim aploꝝ qui ipm cõposuerũt. Quinq3 vero pater nr̃.
quinq3 rosas rubeas et magnas inter albas ordinatas. re
ꝑsentãt. Porro ipa quinq3 pr nr̃ dic in memoriã quinq3 vul-
nerũ christi. eiusdẽq3 passionis. Vel si magis placet in ho-
norẽ quinq3 effusionũ sanguinis christi. Aut certe in me-
moriã quinq3 dolorũ principaliũ christi quos passus fuit
in mõte oliueti: in flagellatione. in coronatione. in crucis
portatione et in crucifixione. Ipa quoq3 pater nr̃ aut po
tius ipa quinq3 aue maria post pater nr̃ dicta: possunt re-
ferri in memoriã quinq3 cõpassionũ beate marie matris
dñi: q̃s filio suo cõpatiendo sustinuit. Primo qñ symeon
christũ occidendũ ꝑdixit: deinde quãdo virgo maria fi-
liũ dilectũ ꝑ triduũ ꝑdidit. tercio quãdo filiũ captũ audi-
uit: item qñ eundẽ crucifixũ vidit. postremo qñ ipm sepe-
liri aspexit. O q̃3 felix erit: qui ista ruminare in vsum duxe-
rit. ¶ Quinquaginta deniq3 aue maria. signat. l. albas
rosas et paruas: quas offeres quinq3 gaudijs marie glo-
se et sue sanctissime virginitati: qua ante et post partũ sp
floruit. mater ꝑmanens cũ virginitatis honore. Hec aũt
sunt quinq3 gaudia virginis glose. sc3 annũciatio dñica.
visitatio marie ad helisabeth. natiuitas filij. inuentio xpi
in templo: et assumptio eius in celũ. Memoria ꝑdictoꝝ
potest breuiari siue ꝓlongari: s̃m deuotionem orantis.
Et si etiã simpliciter rosariũ ad honorem vulnerũ christi
quinq3: et in laudem beate marie diceretur: satis esset. et
maxime ꝓ simplicibus. ¶ Volens autẽ deuotum legere
rosariũ potest ꝑmittere. sicut multi faciũt. ante aue maria
illam clausulã. Aue benignissime dñe iesu christe cũ omi-
bus sanctis tuis Aue maria ₇c. Deinde post quinquagin-
ta Aue maria et quinq3 pater nr̃ potest cõcludere rosariũ.
cũ antiphona. ℣. et coll. dicendo. Salue regina ₇c. ℣. In
omi tribulacõe et angustia et mortis hora. Succurre no-
bis beatissima ₇c. Oremus. Obtineat nobis q̃s dñe beata

Quinq3 pr̃ nr̃ qd re-ꝑsentet: et que dicant.

Quinquaginta aue m̃ qd signent: et que dicant.

Ex deuotõe possunt addi

Aue benignissime ₇c

Salue regina

Collecta

virgo maria. cũ omni celesti curia semp mũda cogitare. sancta dicere. beate viuere. bono fine vitã p̃sentẽ termiare. et post hãc vitã tecũ in celesti patria pmanere. Per dñm.
¶ Sunt autẽ multi religiosi q̃ ad singula Aue maria pticulã de vita christi apponũt: et deuotissime orant. ¶ Sufficit autẽ p simplici populo: ut Auemaria quiquaginta. et quiq̃ Pater nr̃. p̃tacto dicãt modo. ¶ Decet vero doctos et latini sermonis et pte capaces clausulã Aue benignissime dñe iesu: et in fine Salue vel aliã antiphonã dicere. cũ illa collecta vel alia simili. Et de hoc quidem hec dicta sint breuiter. Rogo autẽ om̃es hoies in visceribꝫ charitatis: vt quisq̃ p suo modulo sertũ virginis oret siue rosarium siue psalteriũ: spondeo. pmitto. polliceor: gratiã in p̃senti vita sentiet. et gloriã in futurũ pcipiet.

Quid quinq̃ pater noster in rosario. et quidecim in psalterio significẽt. Cap̃. ij

Uinq̃ subinde pater nr̃ in rosario repsentãt quiq̃ vulnera xp̃i: q̃ p nobis ptulit in cruce. que etiã ostẽdit p̃ri orãs p nobis. ¶ Silr̃ q̃ notãt quiq̃ cõpassiones virginis gl̃ose que ptulit p filio suo. ¶ Postremo significãt quiq̃ effusiones sanguinis xp̃i: q̃ oia possum⁹ venerari p quiq̃ pater nr̃ vt supra quoq̃ habet.
¶ Deniq̃ quindecim pater noster in vno psalterio. id est in tribus rosarijs dicũtur. varijs racõnibus. ¶ Primũ quia dñs. xv. horis fuit in tristicia ⁊ dolore. scꝫ ab ingressu orti vsq̃ ad horã nonã qñ expirauit. ¶ Post q̃r christus tot plagas habuit in suo corpe (si reuelacõnibꝫ credimus) quot essent pater nr̃ si hõ quolibet die p vnũ annũ. xv. pater nr̃ diceret. Fuerũt ergo vulnera christi magna ⁊ parua. v. milia. cccc. lxv. Legens itaq̃ om̃i die psalteriũ p vnũ annũ: singula vulnera christi reuerenter salutat. ¶ Deinde q̃r a totidẽ vel in totidẽ locis et in totidẽ ptibus sui corpis: et p totidẽ instrumẽta passus est. scꝫ. xv. que om̃ia causa breuitatis p̃tereo. ¶ Item repsentãt. xv. verba. que dixit iesus ab hora cõphensionis sue vsq̃ ad expirationẽ. ¶ Postremo. xv

In Rosario

In p̃s̃ rio

pater nr̄.xv.graues cōfusiones christi q̄s passus fuit de notāt. sc3 in turpissima captione et ligacōne. in omnimoda a suis derelictione. in publica p ciuitatē tractione. in iniustissima cōdemnatione. in beate marie v̄ginis irrisione. in sociatione cū latronib3. in ignominiosa crucis portacōne In inhonestissima denudacōne et expoliacōne. in detestacōne loci caluarie. q̄ locus fuit malefactoꝝ. In tpe pasce. in cruce pendētis irrisione. in tituli crucis a p̄pēsione. ip̄m tanq̄ p̄ditorē ꝛ seductorē maximū infamātes. in blasphemacōne. et aceti potacōe. Passio p̄fecto xp̄i ex his ꝛ alijs cōsiderata in infinitū extendit̄. Et de his q̄dē hec sufficiāt.

Quid quinquaginta aue maria in rosario: et.c.l. in psalterio beate v̄ginis significent.

Ca. iij

Quinquaginta aue maria. Primo quidē annū remissionis significāt: q̄ fuit de quīquagesimo in quīquagesimū. Et merito. Nā p mariā facte sunt nobis remissiones tres. culpe. pene. et futuri tormenti. Deinde significāt annū liberacōnis: q2 p mariā et filiū eius liberati sum⁹ a seruitute diaboli. Preterea denotāt cōsolationē quā p mariā ꝛ filiū eius accepim⁹. sc3 pccōꝝ remissionē. gratie collationē. et auxiliū: p̄pterea q̄ ānus quīquagesim⁹ dict⁹ fuit annus cōsolationis. ¶ Amplius. talis ānus fuit dictus iubileus q2 possessiones redibāt ad suos dn̄os: sic et per mariā trāsibim⁹ de hac misera vita in p̄adisum: de miseria in gloriā. de morte in vitā. ¶ Insup fuit ānus sanctificacōnis et solēnis quīquagesim⁹: sic p mariā et xp̄m beatificamur. et deo recōciliamur. ¶ Caute autē est obseruādū q̄ numerus. c.l. nō caret misterio. Dicunt̄ autē. c.l. aue maria in psalterio beate v̄ginis. Primo quidē instar psalterij dauitici qd̄ totidē cōtinet ps̄. in quib3 v̄go maria p̄figurata est tanq̄ veritas in vmbra: finis in medio. fructus in flore. ¶ Deinde q̄ beata virgo (ut dicit Alanus) tot gaudia. i. c.l. habuit in hoc mūdo cū filio suo: et totidem dolores in passione e⁹: et tot gaudia iam habet in celo.

In Rosario

In p̄s̄rio

alanus

Reuelatio quedā

sup oēs sanctos. ¶ Postremo. c. l. aue maria signāt. c. l. dona. mūdo data. p christū et mariā. ¶ Diligenter notandū est hec reuelata fuisse viris sanctis q̄ honorās beatā virginē p. c. l. aue maria totidē euadat laqueos diaboli: totidē habiturus sit virtutū ornamēta: totidē in morte cōsolacōnes cōtra cordis dolores et terrores: totidē penas inferni euadat. et postremo totidē sit habiturus gaudia padisi. Iam nemo linguā extēdat: nemo frontē ruget. nemo subsannet: cui vult deus secreta reuelat: cui sil' subest que voluerit posse. Nam visiones plures sancte et vere sunt: licet a superbis irrideantur.

De excellentia et vtilitate orationis dominice. Cap. iiij.

Est autē fraternitas de rosario plurimū laudabilis. pp ter dn̄ice orōnis et angelice salutacōis multiplicationē et dignitatē. ¶ Dn̄ica q̄ppe orō ceteras orōnes antecellit maxime in tribus. ¶ Primo auctoritate doctoris. qr a solo deo instituta est: a xp̄o pbata et docta. a spū scō dictata. Os eni dn̄i locutū est vba illa: q̄ cōtinētur in orōne dn̄ica. ¶ Scdo p̄cellit in fecūditate misterioꝝ. qr hec orō immēsa contnet sacramēta et misteria in qua adorat deus trinitas nouo sermonis genere. singulari dilectionis noīe. inaudita antiquitatis laude. cū dicit pater nr̄. Nā tāta est fecūditas diuinoꝝ misterioꝝ in ipa ut sacerdos stans in altari nō audeat sine licentia dicere Imo p̄mittit dicēs Preceptis salutarib3. i. aplicis vel ecclesiasticis moniti. et diuia. i. xp̄i institucōe formati audem9 dicere. Pater nr̄. q̄si dicat. Nō quidē audere ēos meū apire vocādo patrē deū: nisi ex p̄cepto eccie vel xp̄i institucōne. ¶ Tercio hec orō in sufficiētia petitionū excellit. qr in ea oīa vite p̄ntis et future necessaria tā spūalia q̄s corpalia petūt. ¶ Nā oīs petitio aut est p bonis adipiscēdis trib3. s. tpalib3 in sustētacōnē. ibi Panē nr̄m. spūalib3 in meritū. Sāctificet. Adueniat reg. et c. eternis in p̄miū. ibi Fiat volū. ¶ Aut sit p trib3 mal' amouēdis. pc̄cis ad delendū. ibi. et dimitte.

Presentibus ad vitandū. cum dicit Et ne nos inducas.
Futuris ad cauendū. cū dicat Sed libera nos a malo.
Prime quidē tres petitiones petūt omnis boni ꝑmotio-
nē. vltime autē tres oīs mali amotionē. ¶ De ꝑfectio-
ne huius benedicte orationis dicit beatus augustin⁹ ad
probam. Si recte et cōgruenter oramus. nihil aliud di-
cere possumus: ꝙ qđ in ista oracōne dn̄ica positum est.
Et idem. Si ꝑ oīa ꝑdicationū sanctarū verba discur-
ras: nihil inuenies qđ in ipa dn̄ica oracōne nō cōtineat.
Et rursus. Quisq̄s aliud petit qđ ad istā euāgelicā ora-
tionem nō ptinere possit: carnaliter petit oratq̄. Oratio
dn̄ica ꝑfectissima est. Nam oratio est quodāmodo desi-
derij nostri interpres apud deū. Illa autē solū recte peti-
mus: que recte desiderare valemus. In oracōne vero do-
minica. non solū petunt oīa que recte desiderare possu-
mus: sed etiā eo ordine quo desideranda sunt. Hec itaq̄
sacratissima oratio dn̄ica oīs ꝑfectionis plenitudinē cō-
tinens. omnē humanū sensum trāscendit: q2 ex ore altissi-
mi procreata: et ab insuperabili veritate tanq̄ arbor pro-
ducta in medio terre. id est in humano corde qđ est mediū
hoīs. plantata est. Quare ex intimis cordis medullis di-
cenda est. ¶ Pro ampliori autē noticia dn̄ice orationis
inueniūtur decē excellentie huius sacrate oracōnis ꝑ vir
ginē mariā cuidā deuoto patefacte. Et ideo oratio dn̄i-
ca frequenter debet et deuote a quolibet christiano dici.
Primo q2 a rege oīm deo facta est. ideo regina est omniū
orationū. Secūdo q2 apostoli edocti fuere precari eam.
Tercio q2 ipe christus eā sepius orauit. Quarto q2 ipsa
est prima totius fidei christiane sub modo oracōnis tra-
dita. Quīto ipam apostoli et primitiui patres summa cū
deuotione pre oīb3 alijs oracōnib3 dicebāt. Sexto ꝑ
hanc orationē et verba substantialia antiquitus missa di-
cebatur. Septimo q2 spiritus sanctus missus est aposto
lis ꝑ hanc orationē. Octauo ꝑ ipam fuerūt cōuersi ad fi-
dem pagani: q2 ipam apostoli dixerūt ante ꝑdicationem

et qualibet actionem: quod idem et nos facere debemus. Nono p eā multa sunt pperata miracula: quando eam sancti orauerūt. Decimo qr demones a templis et ab hominibus hac oratione sepius fuerūt eliminati. Per hec patet et alia q̄ꝫ efficax sit oratio dn̄ica. Que qm̄ a diuersis diuersimode exponitur: ideo hic ptereo. ¶ Porro sunt in ipā dn̄ica oratione septē peticōnes salutifere: in quibꝫ petūtur et memorantur septē dona sancti spūs: septē beatitudines: septē virtutes principales. tres theologicales scilicet et quattuor cardinales: septē opa misericordie. septem sacramēta. septē dotes paradisi. et septē gradus scōꝝ. ¶ Itē p easdē peticōnes excludūtur et detestant septē peccata mortalia. septē pcc̄a religionis. septē gradus pccōꝝ. septē mala mūdi. ¶ His et alijs modis exponit oratio dn̄ica. ut et amplior ei⁹ cognitio habeat: et fastidiū eam frequentātibꝫ tollatur: feruor deuotionis augeatur et fecunditas eius agnoscatur.

De excellentia et cōmendatione angelice salutationis Cap. v.

Ro aliquali noticia angelice salutacōnis habenda: est sciendum q͏ᷓ hec oratio alias excedit in tribus: qr sup eas habet dignitatē. facilitatē ꝛ vtilitatē. Primo qdē dignitatē qr a tota trinitate in cōsistorio eiusdē trinitatis est dictata. digito dei scripta: et vni de fortissimis dei palacij ad deferendū virgini est delegata. Potest quoqꝫ sumi dignitas ipi⁹ ex tenore et sententia ei⁹: qr in ea maxime cōmendat maria. Primo quidē insinuat q̄ꝫ purissima fuit maria. pp̄ter culpe carentiā qr aue. Scd̄o q̄ꝫ plenissima p gratie affluentiā: quia gratia plena. Tercio q̄ꝫ dignissima pp̄ter psone sue reuerentiā: qr benedicta tu in mulieribus. Quarto q̄ꝫ vtilissima fuit pp̄ter prolis excellentiā: qr benedictus fructus ventris tui. ¶ Scd̄o excellit alias orōnes facilitate et breuitate sermonis ut citius

discatur. melius memoretur. et frequentius proferatur: et nemo de eius ignorantia excuset. et eam dicens tedio non afficiatur.
¶ Tercio excedit alias orationes utilitate: quia hec salutatio fuit filii dei generativa. mundi regenerativa. inferni evacuativa. celi reparativa. et postremo totius boni collativa.
¶ Pro ampliori huius salutationis commendatione nota. quod hec oratio beate virgini marie et toti celesti curie multum placet: demoni multum displicet: et homini multum prodest. Placet quidem toti curie celesti: quia secundum bernardum dum eam devote diciamus. celum ridet et angeli letantur. Specialiter autem placet beate virgini. nam idem bernardus ad eam sic inquit. Est tibi o virgo maria sicut osculum: hunc audire versiculum Ave maria. Totiens o beatissima oscularis: quotiens salutaris. Displicet sane demoni: de quo idem bernardus dicit. Ad hanc orationem demones fugiunt: et infernus tremit. Prodest autem summe homini: quia homo aliquando est immundus per culpam. tenebrosus per ignorantiam. vacuus per gratie privationem. solus derelictus a divina protectione: maledictus maledictione eterne pene. et famelicus a celesti refectione: quorum omnium remedium habet in hac salutatione. Nam qui immundus est accedat ad hanc sanctam que est sine ve culpe. Ideo premittitur Ave. Tenebrosus vero accedat ad tam illuminatam. Ideo subditur maria. que illuminata vel illuminatrix dicitur interpretata. Qui proinde est vacuus gratia. accedat ad hanc gratia plenam Ideo dicitur. gratia plena. Maledictus autem ad benedictam: ideo additur. benedicta tu in mulieribus. Qui vero est celesti refectione privatus adeat hanc tanto fructu dotatam. Ideo finaliter concluditur. et benedictus fructus ventris tui. ¶ Hec omnia de utilitate huius salutationis: probata reperiuntur in diversis libris et miraculis. Que si omnia vellim enarrare: citius me dies quam copia deficiet. Neque enim ullo modo est scribere quanti a gravissimis tentationibus et periculis per hanc salutationem liberati sunt. ¶ Nunc autem brevem huius salutationis devote tangam expositionem. Ave maria. que virgo et mater es sine ve culpe miserie et pene.

Gratia plena scz naturalis pfectionis: supnaturalis puisionis. et virtualis pgressionis. Dñs tecū. exterius p conuersationē. interius p incarnationē. superius p cōtemplationē. Benedicta in mulieribus: fructū cōcipiens sine pudore. baiulans sine labore. pariens filiū sine dolore. Et benedictus fructus ventris tui iesus christus: qui est rex regū. et dñs dominantiū. filius dei et vginis marie. Amen.
¶ Hec igitur que pmisimus de salutacōne angelica breuitatis causa sufficiant. Nūc qualis ipa virgo maria sit: vel breuiter videamus. Ipa quippe omni laude est dignissima: intantū ut si oim nostrū mēbra verterent in linguas adhuc eā laudare sufficeret nullus. immo fm petrū commestorē insignem eius versificatorē et laudatorē. Si fieri posset q harene puluis et vnde. Vndarū gutte rosa gēme lilia flāme. Ethera celicole nix grando. sexus vterqz. Uentoꝝ penne pecudū volucrū genus omne. Siluarū rami frondes. auiūqz quoqz penne. Ros gramen stelle pisces angues et ariste. Et lapides montes. cōualles atqz dracones. Lingue cuncta forent minime depromere possent. Que sis vel quanta virgo regina maria. Que tua sit pietas nec littera nec dabit etas. ¶ Salutaribus oratio nibus congrue pmittitur symbolum apostolicū quod est recte fidei christiane fundamētum: vt scilicet in vera fide omnia petantur et spe. Dicitur autē symbolū a syn. i. simul et bole sentētia. quasi plurimoꝝ sententia. Quia quilibet aplus vnū addidit morsum. hoc est vnā sententiā et vnū articulū: et sic in vnā cōcordauere sententiam. Et de his hactenus.

De vtilitate huius fraternitatis Ca. vi.

Doctor alanus in quodā libro quē de fraternitate beate marie virginis de psalterio cōposuit. refert q ipa virgo beata fertur reuelasse q multi p hanc fraternitatē et

confratrū orationes: gratiam dei et gloriā cōsequuti sunt eterne salutis: qui sua ꝓpter peccata. si in hāc nō venissent fraternitatē. eternis fuissent traditi supplicijs. Quinet alij qui cōfusionibus fuissent expositi ꝛ periculis magnis: nō nulli in capitalia vicia ꝓlapsi: quos dñs nr̄ iesus christus ob matris sue gratiam liberauit. ꝓseruauit et saluauit.

¶ Itemqꝫ ait q̄ omnibus hoc psalteriū deuote orātibus. dabit dñs suā benedictionē celestem: et gratiā in ꝓsenti et gloriā in futuro. Omnes etiā qui se friuole et male verbo vel facto huic fraternitati oꝓponūt: aut alios retrahūt et impediūt, hi contra se matrē misericordie et irā dei ꝓuocant. Hoc sepe expertū est. Hec fraternitas mltas habet et cōfert vtilitates. Ipsa quidē liberat a tribulacōne. mentem eleuat: in bono cōfirmat: tepiditatē expellit. virtutes tribuit. animū virtutibꝫ ornat: et maxime libidinē extinguit. Per ipsam denigꝫ rixe. lites. odia. sediciones ꝓpulsantur: hoīes peccatores cōuertit: aīas a purgatorio liberat. angelos letificat. et ipos in adiutoriū vocat: demones fugat. deuotionē augmentat. veniā impetrat. tristiciā mitigat. et toti celesti curie noua gaudia propinat: pudiciciā confert. Quapropter laudemus deū et mariā omnis clementie matrē in hoc psalterio thesaurifico: et in eo fiat iocunda laudatio. Exurge o aīa mea et psalle hoc canticū nouū: qd tam suaue resonat pariliꝰ cōcentu oīm cytharedoꝝ cytharisantiū in conspectu dei. ¶ Cōueniens autē est ut hmōi psaltes christi et gl'ose ꝟginis marie signa deferāt sponsi et sponse. id est. patriloquia in manibus et brachijs: ut sint signati signo thau in ezechieli: portātes dño primicias operū suoꝝ. decimas cū abrahā et filijs israel.

¶ Accipite o christifideles in manibꝫ vr̄is hoc rosariū: vt deus honoretur. templū decoret. et populus dei a plagis et malis ꝓseruetur et liberet. Quāuis autē huiꝰ signi delatio sicut et inscriptio ad fraternitatē nō sit de necessitate. vtilis tamen est et cōgrua ꝓpter tria. Primo qꝛ hoc signū demonstratiuū est seruoꝝ et cōfratrū ꝟginis marie.

Scđo rememoratiuũ est angelice salutacõnis de cõple-mento numeri. Tercio, pnosticatiuũ est eterne retributionis. Non ergo vereamur. neq3 pudeat nos deferre huius glo͞se ṽginis signũ: sed potius gloriemur cũ psalmista dicentes. Fac mecũ signũ in bono. De misterio vero inscriptionis plurime sunt racões quas transeo.

De modo dicendi et offerendi psalteriũ beate marie. Cap̃. vij.

Psalterium marianũ antiqua est fraternitas: et multis retro tp̃ibus in maxima fuit hoim̃ veneracõne. Nam beda venerabilis ip̃am in anglia ante sexcentos ãnos instituit: que vsq3 hodie ibidẽ p̃seuerat. Hanc etiã fraternitatẽ beata virgo maria postea sancto dñico renouare p̃cepit: q̃ multis regnis eã p̃dicauit. Ip̃am deniq3 viri sancti vita et scientia conspicui: populo dei feruentissime p̃dicauerũt. Sancti quoq3 patres in heremo hoc psalteriũ deuotissime orauerũt: et tã diu in virtutib3 p̃fecerũt et carnalibus diaboliciq3 tentamentis restiterũt. q̃3 diu hãc orationẽ cõtinuauerũt. De sancto dominico legitur q̃ non fuit contentus vno psalterio beate marie: sed in die duo vel tria deuotissime orauit. Hoc deniq3 psalteriũ nostris tp̃ibus sixtus papa quartus ad instantiam quorundã ut supra et infra habetur renouauit: et denuo indulgentijs confirmauit. Quãta etiã beneficia a deo sint pceptuꝛi et quãtas indulgentias cõsequantur qui hoc psalteriũ orant: non potest paucis explicari verbis. ideo ptranseo. Modus autẽ hoc psalteriũ dicendi ex p̃dictis habetur. Nũc vero dicendũ erit quomõ offerri debeat. ¶ Psalteriũ marianũ. c. et. l. cõtinet Aue maria: et. xv. pater noster. Et in tres diuidit quinquagenas. id est. in tria rosaria. ¶ Primũ proinde rosariũ vel prima ps psalterij albos habet flores vel lapides: qui rep̃sentãt glo͞se ṽginis illibatã castitatẽ. Et habet quiq3 pater noster: que quiq3 vulnera christi denotãt.

Beda

dñicus

de modo offerẽdi ps^rm

Prim^m rosariũ in ps^rio habet rosas albas.

Huius itaqꝫ rosarij Pater noster et aue maria dicenda
erūt in honorē et memoriā angelice salutacōnis. visitatio
nis beate marie ad helisabeth. inuentionis christi in tēplo
post triduū. natiuitatis christi. et circūcisionis eiꝰ. Cuili
bet etenī pmissoꝝ vnū pr nr ꝛ decē aue maria adaptabis.
¶ Porro secūdū rosariū erit rubei coloris: qđ offerri de *2m rosariū rubei coloris*
bet in memoriā et honorē quinqꝫ effusionū sanguinis xpi.
